

## DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 29

De celebratiōe paschæ: epl. iij  
 Ad Hilariū de eadē re: epl. j Quoniā sanctitas ur̄a orta.  
 Epistolas plures ad diuersos:  
 Et quædam alia.

Claruit sub Leone imperatore: Anno dñi. CCCC.LX.

**P**ascalus Sicilienſis epus: in diuinis ſcripturis eruditus: & in ſæcularibus litteris nobiliter doctus: nō minus cōuerſatiōe q̄ ſcientia reuerendus: uice beati Leonis papæ magni in Calcedonēſi concilio præſediſſe dicit̄: in quo una cū ſanctis patrib⁹: numero ducetōrū Eutyce: & Dioſcorū hæreticos damnauit. Erat aut̄ Eutyces preſbyter & abbas celeberrimi monaſterij Conſtantinopolitani: qui aſſerebat chriſtū deū tantū eſſe & nō hominē: & uaria ſcripſit p̄ ſuo errore: quæ omnia cū auctore damnata ſunt. Paſcalinus uero ſcripſit ad Leonē papā:  
 De quæſtione paſchali. epl. ij Aplatus ueſtri ſcripta dia.  
 Ad eūdem de fontis miraculo. epl. j Nō nos dies una longius.  
 Acta cōcilij Calcedonēſis: li. i. Regulas ſctōꝝ p̄ ſingula.

Claruit ſub Theodoſio iuniore: Anno dñi. CCCC.L.

**L**eo papa primus: natiōe Tuſcus: poſt Sixtū tertiuū ſedit in cathedra Petri: annos uigintiunū: uir in diuinis ſcripturis eruditiffimus: & in declamandis homelijs ad populū adeo celebris & facundus: ut ſupiorē in eccleſia Romana habuerit nemine: quod ſermones eius clariffimi teſtabunt̄. Fuit em̄ eccliaſtica dicitōis Tulli⁹: ſacræ theologiæ Homerus: rationū fidei Ariſtoteles: auctōritatis aplice Petrus: & in chriſtiano pulpito Paulus. Eius ſermones cor penetrant: afficiunt animū: fidem catholicā dulci breuiloquio cōfirmāt. Nec mirū: Ignem diuini amoris geſtans accenſū in pectore: quid aliud q̄ uerba ardētia loqueret̄: Scripſit aut̄ plura opuſcula. De quibus ego tantū reperi ſubſecta: uidelicet:

Cōtra Eutyce preſbyterū:	li. ij	Sicut peritorū dilectiffimi.
De ſymbolo Niceno:	li. j	Credimus in unū deum.
Ad Leonē auguſtū teſtionioꝝ:	li. j	Vnū igitur hoc immobile.
Ad inqueſtiones Ianuarij epi:	li. j	Nulla ratio ſinit ut inter.
De paſſione dñi: homel. 24.	li. j	Semp quidē dilectiffimi.
Homelijs multas ad populū:	li. j	Multis diuinarū ſcriptura.
Ad Flauianū ep̄m cōtra Eutyce:	li. j	Lectis dilectionis tuæ lris.
Ad Leonē auguſtū cōtra Eutyce. li.	j	Promiſſiſſe me memini ue.
Ad Turibū ep̄m cōtra Prifcilla. li.	j	Q̄ laudabiliter p̄ catholi.
Ad Ruſticū Narbonenſe ep̄m: li.	j	Subditis reſponſionibus.
Ad Anaſtaſiū ep̄m Theſſal. li.	j	Quāta fraternitati tuæ a.
Epistolarū multarū ad diuersos: li.	j	Dilectiffimo filio euty.

De cæteris nihil reperi.

Moritur tandē poſt multos p̄ eccleſiaſtica utilitate labores: ſub Leone auguſto: Anno dñi. CCCC.LXI. Indictione quarta decima. iiii. Calend̄ lulij.

**P**etrus epus Rauennatis: uir eruditus atq̄ ſanctiffimus: in uita multis cōruſcās miraculis: in declamādīs homelijs ad populū excellētis ingenij fuit multoſq̄ tam uerbo q̄ exemplo ad ueritatis tramitē conuertit: multa ſcripſit pro ædificatiōe fidelū: De quibus feruntur:

Sermones & homeliæ plures:	li. j	
Ad Eutyce preſbyterū:	epl. j	Triftis legi triftes litteras.
Scripſit etiā epistolas alias plures.		

Claruit ſub Marciano auguſto: Anno dñi. CCCC.L.

**F**lauius epus Conſtantinopolitanus: ad quē bt̄s Leo papa multas ſcripſit epl̄as: uir quidē erudit⁹: & catholicæ unitatis amator præceptus: q̄ Eutyce preſbyter⁹: & Archimandritā: impie de chriſti humanitate ſentien-